

guine separatos, ad intestinorum cavitatem deducant; CORPUS TOTUM PERSPIRABILE AC INSPIRABILE opponent. An verò hi Naturam (cujus ministri appellari volunt) Ducem atque Magistram sequantur, qui vis videt. Hanc Magistram autem ac Normam unicam cum negligent, eamque in laboribus Chymicis, praxique præsertim Medica non observent, sæpissimè contingit, ut cum irreparabili vitæ ægrotantium dispendio turpissimè aberrent, quin à Saponariis, Vitrariis, Fabris ferrariis, vilissimo denique Pharmacopœorum carbonario, & rugosa anu, eò angustiarum in rebus naturalibus deducantur, unde exitus nulla spes sit; & hi pro Philosophiæ ac Medicinæ Principibus haberi volunt. Hujus verò mali, me iudice, nulla potior ratio afferri potest, quàm quod plurimi officio suo ac munere optimè se defunctos arbitrentur, si fictis suis speculationibus incubuerint, easque ut simia catulos suos amplexi fuerint; Experientiam autem quæ ex singularium inspectione, sive illa propria si-

vè